

*Ex codicibus MSS. Monasteriorum nostrorum S. Ebrulphi Vitiensis
& S. Martini Sazienfis.*

EPISTOLA HIERONYMI AD DAMASUM
Papam.

BEATISSIMO Papae Damaso Hieronymus salutem. Gloriam sanctitatis tuae nostra humilitas deprecatur secundum Apostolicam sedis dignitatem, quam cognovimus gubernari per tuam sanctitatem, curvi deprecamur, ut actus gestorum à Beati Petri Apostoli principatu usque ad vestra tempora, quae gesta sunt in sede tua nobis per ordinem enarrare digneris: quatenus nostra humilitas sentire cognoscat qui meruit de episcopatu supradictae sedis, Martyrio coronari; vel qui contra Canones Apostolorum excessisse cognoscatur. Ora pro nobis beatissime Papa.

Data Kalendis Martii.

RESCRIPTIO DAMASI AD HIERONYMUM.

DAMASUS Episcopus Hieronymo Presbytero. Gaudet Ecclesia tuo fonte jam satiata, & amplius sitit, ut curiositas temporum Sacerdotalis, ut quod dignum est cognoscatur, & quod indignum est respiciatur. Tamen quod gestum est, quodque potuimus reperire in nostra sede esse studium, ad tuam charitatem gaudentes direximus. Ora pro nobis ad sanctam resurrectionem frater Compresbyter. Vale in Domino nostro.

Data x. Kalendas Junii, accepta sexto Calendis Octobris. Missa de Roma in Jerusalem.

Imperitissimè scribit & nomine Hieronymi, & nomine Damasi quif quis est Auctor ineptarum huiusmodi Epistolarum.

Ex MS. codice S. Andreae prope Avinionem, qui refert annos 400.

INCIPIUNT CANONES POENITENTIAE
secundum Sanctum Hieronymum de ebriosis Episcopo
& de Presbytero & Diacono.

SI quis Episcopus aut aliquis ordinatus, in consuetudine vitium habuerit ebrietatis: aut delinat, aut deponatur. Si monachus per ebrietatem facit, xx. dies poeniteat. Si presbyter aut diaconus per ebrietatem vomitum facit: xl. dies poeniteat: abstinens sex dies poeniteat. Si vero pro infirmitate; aut quia longo tempore se abstinerit, & in consuetudine non erit ei multum bibere, vel manducare, aut praegaudium in natale Domini, aut in pascha, aut pro alicujus sanctorum commemoratione, & tunc plus non accepit quam decretum est à senioribus, nocet. Si episcopus iusserit non nocet illi: nisi ipse similiter faciat. Si Laicus fidelis per ebrietatem vomitum facit: xv. dies poeniteat. Qui vero inebriatus contra Domini interdictum si vomitum facietatis habuerit, vi. dies poeniteat in aqua; vel xx. dies sine pinguedine. Si Laicus sine vino per nequitiam inebriat alium; xl. dies poeniteat. Qui per satietatem vomitum facit: in poenit. Sicut sacrificio. vii. dies. Si infirmitatis causa; sine causa est. Si quis homicidium fecerit episcopus, xv. annis poeniteat & deponatur, & cunctis diebus vitae suae, peregrinando finiat vitam suam. Presbyter xii. annis poeniteat, ex his in pane & aqua poeniteat & deponatur. Diaconus x. iii. ex his in pane & aqua. Clericus vel Laicus vii. annis in pane & aqua, & ad honorem sacerdotii ascendere non presumat. Si vero bene egerit poenitentiam, reconcilietur. Item si quis ad homicidium faciendum consenserit, & factum fuerit, vii. annis poeniteat tres ex eis in pane & aqua. Si autem voluerit, & non potuerit, iii. annis poeniteat. Si quis nolens homicidium fecerit v. annis poeniteat, iii. ex his in pane & aqua. Si quis occiderit Episcopum vel presbyterum, regi dimittendum est iudicare. Qui occidit monachum vel clericum, iudicium Episcopi est: Arma relinquat & Deo serviat, vel xii. annis poeniteat. Si quis occiderit hominem per iram x. annos poeniteat. Qui vero propter vindictam patris vel fratris, iii. annis poeniteat. Si composuerit parentibus, dimidium spatii. Si quis Laicus occiderit alterum odio, si non vult arma relinquare, vii. annis poeniteat sine carne & vino. Si quis cum rege in praelio hominem occiderit, xl. dies poeniteat. Si mater filium suum occiderit, xv. annis, & nunquam mittet nisi die dominica. Si pauperula occiderit filium suum,

Tom. V.

ADMONITIO.

Nihil absuit quin omnia subsequenter Opuscula falso adscripta S. Hieronymo abdicaverim è nostra Editione nova: sed ne aliqua sui parte mutila videretur ipsa prodire in lucem, universa hac quamvis falsa manifeste ac supposititia in ultimum Tomum amandavi. Nonnulla quoque id genus è Codicibus vetustissimis manuscriptis edidi cum aliis jam editis, eo certe consilio ut Veterum Opuscula hucusque antiquis editionibus monumentisque consignata, utilitatem praeberent eandem in nova hac Editione, quam in antiquioribus habuerunt, ut perhibent. Neque tamen dissimulaverim non eundem laborem impendisse me in restituendis Opusculis falsis & alienis, quem impendere volui in sinceris & genuinis Operibus Hieronymi procurandis; docuit namque nos exemplo suo Doctor sanctissimus, studium nostrum certis magis, quam dubiis commendare. Tantam itaque operam & diligentiam nostram nequaquam requirat Lector studiosus in hoc Tomo quinto, quantam contulimus in quattuor priora Volumina, quorum vel maximè restitutionem, & accuratissimam Editionem suscepimus procurandam utilitati publica, Ecclesiaeque Catholicae fidei confirmanda.

vii. annis poeniteat. Si quis aliquem per iram percusserit, & sanguinem fuderit, aut debilitaverit, solvat ei opera, & medicum quarrat. Et si Laicus est: xl. dies poeniteat in pane & aqua. Si clericus duas quadragesimas. Si diaconus vii. menses. Si presbyter unum annum integrum: parvuli se invicem percussiones vii. dies poeniteant. Si vero adolescentes, xl. dies. Si quis infantem suum oppresserit iii. annis poeniteat, unum ex his in pane & aqua, & abstineat se à luxuria tempore poenitentiae. Si quis conceptum mulieris deperit, annis poeniteat ii. unum in pane & aqua. Si qua mulier abortum voluntarie fecerit: iii. annos poeniteat. Si nolens, iii. quadragesimas. Mulieres quae fornicantur & partus suos necant, & illae quae agunt ut conceptos excutiant, antiqui constituerunt usque ad exitum vitae; nunc vero humanius definitum est ut x. annis poeniteant. Mulier quae concipit & occidit filium suum in utero ante xl. dies unum annum poeniteat. Si post quadragesima dies, ut homicidium debet poenitere. Pater aut mater qui necat filium suum ante baptismum, ix. annos poeniteat, sed cum consilio: Cujus parvuli per negligentiam sine baptismum moriuntur, in pane & aqua iii. annis. Infans infirmus & paganus commendatus presbytero si moritur sine baptismum, presbyter deponatur. Et si negligentia parentum fuerit, i. anno poeniteat. Si quis quodlibet membrum sibi voluntarie abscidit, iii. poeniteat, i. in pane & aqua. Eunuchus si ab aliis facti fuerint, promoveantur in clero: si certe se absciderint, nullatenus promoveantur. Et si presbyter absciderit, deponatur. Si quis ducatum praeberit barbaris, xiv. annis poeniteat. Si tamen non occiderit strages Christianorum: Si autem, relictis armis, usque ad mortem mundo mortuus Deo vivat. Si quis fornicaverit sicut Sodomitae fecerunt, episcopus xv. annis poeniteat, v. ex his in pane & aqua, & ab omni officio deponatur: peregrinando finiat dies vitae suae. Si autem senex fuerit, aut aeger, carceribus, tenebris reclusus poeniteat omnibus diebus vitae suae. Presbyter xii. annos poeniteat, iii. ex his in pane & aqua & deponatur. Diaconus & monachus vii. annos poeniteat, ii. ex his in pane & aqua, & deponatur. Peregrinando finiant vitam suam. Clericus & Laicus x. annis poeniteat, i. ex his in pane & aqua. Hi supra scripti nunquam cum aliis dormiant, & ad Sacerdotii gradum accedere nunquam presumant. Annis poenitentiae suae à vino carne abstineant. Excepto si infirmitas acciderit, usque ad reparationem solvatur. Communionem in finem vitae mereantur. Si autem bene egerint poenitentiam; reconcilientur, & ad communionem. Si quis cum Deo sacra fornicaverit, Episcopus xv. annis poeniteat, v. ex his in pane & aqua, & deponatur, & nunquam ad honorem sacerdotii revertatur. Presbyter xii. annis poeniteat, iii. ex his in pane & aqua, & deponatur. Diaconus & monachus vii. annos poeniteat, iii. ex his in pane & aqua; & ad honorem sacerdotii nunquam accedant. Post actam poenitentiam ad communionem reconcilientur. Si quis cum matre fornicat, xii. annis poeniteat etiam nunquam communicet, nisi tantum diebus dominicis. Si quis cum uxore alterius fornicaverit Episcopus, xii. annis poeniteat, iii. ex his in pane & aqua. Hi supra scripti, à communionem priventur: post actam poenitentiam reconcilientur. Nam ad sacerdotii gradum accedere nunquam presumant. Si quis cum vidua, aut sponsa alterius fornicaverit, Episcopus xii. annis poeniteat, iii. ex his in pane & aqua: & deponatur & episcopus & presbyter. Clericus & Laicus v. annis poeniteat, ii. ex his in pane & aqua, & à communionem privetur & à sacro ordine. Si quis cum cognata, aut sorore, vel matre fornicaverit, episcopus xv. annis poeniteat; presbyter xii. annis. Diaconus & monachus x. Clericus & Laicus vii. omnes hi in pane & aqua, & à communionem priventur, & à sacro ordine. Si quis cum ea quam dominus reliquit uxore fornicaverit, Episcopus xii. annis poeniteat, iii. in pane & aqua, & à communionem privetur. Presbyter xii. iii. ex his in pane & aqua. Diaconus & monachus vii. annis poeniteat, iii. ex his in pane & aqua. Clericus & Laicus v. ii. ex his in pane & aqua, & ab honore sacerdotii priventur. Si quis cum quadrupedia fornicaverit Episcopus xii. annis poeniteat, iii. ex his in pane & aqua, & deponatur. Presbyter x. annis, iii. ex his in pane & aqua, & deponatur. Diaconus & monachus vii. iii. ex his in pane & aqua, & deponatur. Clericus & Laicus iii. i. ex his in pane & aqua, & ad sacerdotii gradum non accedant. Si quis concupiscens fornicari, & non potuerit, aut mulier non dimiserit; Episcopus vii. annis poeniteat. Presbyter v.

A ij